Ordinis Carmelitarum Prouinciæ Apuliæ.

Stantibus &c.

DVBIA.

I. *An substineatur Capitulum Prouinciale Apuliæ, in casu &c., & quatenus negatiuè:*
II. *An sit locus sanatoriæ eiusdem Capituli in casu &c.*

Eme, & Rme Dne. ORdinaria Visitatione Conuentuum Carmelitarum Apuliæ vix intimata à Reu. P. Magistro Nicolao Ricchiuto Prouinciali anno 1720., illicò suę conscientiæ stimulis adactus P. Magister Ioannes Maria de Laurentijs Prior Conuentus Bitunti formidans pœnas suis criminibus condignas, sese sub protectione Tribunalium Laicorum Ciuitatis Neapolis recepit, adiuuante D. Aduocato de Laurentijs eius germano fratre: Delata autem huius culposi confugij notitia ad prænominatum P. Prouincialem, & vndique confluentibus querelis tam super rei familiaris administratione, ac pessima dicti Conuentus redditiuum dissipatione, quàm super alijs pluribus, & quidem grauissimis excessibus ab eodem Priore commissis, præfatus P. Prouincialis, obseruatis Legibus, & Constitutionibus Ordinis, ipsum profugum ab Officio Prioris optimo iure suspendit, atque in eius locum suffecit P. Magistrum Simonem de Bellis, vt patet ex relatione ad hanc Sac. Congregationem transmissa à Rmo Generali Cornacciolo, *Summ. n.1.*

Dum verò dictus Prouincialis, iam compilato Processu, de quo suis loco, & tempore sermonem habebimus, iudicialiter progressurus erat ad vlteriora, allegatus fuit suspectus à dicto Patre de Laurentijs, qui recurrens ad hanc Sacram Congregationem eo tempore, quo Reuerendissimus P. Generalis in explenda Visitatione Conuentuum extra Vrbem versabatur, obreptitiè, & subreptitiè rem, proùt sibi vtilius erat, exposuit, & ab Eminentissimis PP. extorsit rescriptum, vt Causa in gradu appellationis reuideretur à Commissario per Patrem Procuratorem Generalem in suspensiuo, vel deuolutiuo, proùt eidem videretur, deputando, vt patet ex rescripto edito sub die 31. Ianuarij 1721.

Possibile tamen non fuit Causam prosequi, & Processum anteactum re-

reuidere, quia licèt ipse Pater de Laurentijs prædictum rescriptum impetrasset, attamen singulos Commissarios à Procuratore Generali deputatos perterruit, omnesque à Conuentu Bitunti vel longè arcere, vel impellere curauit, vt distinctim habetur ex relatione Patris Generalis *Summ. d. n. 1. litt. A. B. & C.*

Interea P. de Laurentijs quoniam pœnas repetere non poterat à prædicto P. Prouinciali Ricchio, à quo inquisitus, reusque enunciatus fuerat in Conuentu Bitunti, præconceptam inuidiam in eius germanum fratrem furens euomit, eumque à Regijs Ministris non leuiter vexari obtinuit; Posteaque, vt omnes Commissarios à prosequutione inquisitionis diuerteret, alteri eorum studuit metum incuti præcipii, ac rabido minarum effluuio, quod exponitur in *dicto Summ. num. 1. litt. C.* Sicque interiectis obstaculis, nè Causa reuideri, neuè Actorum Processus compleri posset, vlteriùs, vt Iudicij veritatem perfringeret, ausus fuit Brachij sæcularis vires excitare ad retardandam executionem omnium mandatorum S. Sedis, & Sac. huius Congregationis.

Quin imò quouis honestatis, ac Religionis freno abiecto, impudenter redijt ad Conuentum Bitunti, exindèque eiecit Priorem sibi à Superioribus suffectum, seseque intrusit in Officio, à quò fuerat suspensus, & cum maximo totius Prouinciæ scandalo se Priorem iactans, audacter cæpit increpare suos Superiores, & medio libello ad Sacram Congregationem directo, spreta Constitutionum Ordinis censura, petijt Causam remitti ad Tribunal Nunciaturæ Neapolis, sed EE. VV., iam illius tergiuersationibus defectis, die 8. Augusti eiusdem anni 1721., rescripserunt = *Suspenso interim Priore de Laurentiis, P. Generalis procedat prout de Iure*, eique iterum recurrenti, sub die 5. Septembris immediatè subsequentis responderunt = *Nihil de noua audientia*.

Sed P. de Laurentijs in suis vulneribus magis inualescens, iterùm confugit ad Tribunalia Laicalia, à quibus obtinuit sibi iniungi affectatum onus continuandi in Officio Prioratus; & Conuentualibus præcipi, vt ipsum in Priorem agnoscerent, & colerent, non obstante quocumque mandato, & decreto, quod in oppositum à Sac. Congregatione posset expediri, vt non sine graui admiratione legitur in *Summ. n. 2.*

In hoc rerum statu, habitis Comitijs generalibus in Vrbe pro electione noui Generalis Carmelitarum, euectus fuit Reuerendissimus P. Pizzolanti, cui à Capitularibus viriliter commendata fuit executio decretorum Sac. Congregationis, vt ex speciali decreto in *Summ. num. 3.* Quamobrem P. Generalis pressus quoque à præceptis huius Sacræ Congregationis, vt Refractarium ad obedientiam reuocaret, expediuit P. Magistrum Iturbidem socium suum versus Ciuitatem Neapolis, eumque deindè insecutus

fuit,

fuit, vt Visitationem in dicta Ciuitate aperiret; At P. Generalis, vix eius mœnibus salutatis, vice increpandi proteruiam Patris de Laurentijs, quasi secretis præstygijs medicatus cæpit eum laudibus extollere, & prædicare tanquam emeritum, & dignum, qui posset ad munus Prouincialis Apuliæ promoueri, statimac officium suum expleuisset Reu. P. Ricchiutus, & vt intentum finem commodius assequeretur, mense Decembris 1723. inchoauit visitationem Conuentuum, secumque per totam Prouinciam manuduxit Patrem de Laurentijs, vt eius fauore captaret Vocalium suffragia pro futura Prouincialis electione, vt clarè colligitur *ex Summ. n. 4. lit. A. B. C. D. E. F. G.*

Quia verò Comitia Prouincialia iuxtà consuetudinem Constitutionibus vniformem habenda erant die Dominico tertio post Pascha Resurrectionis, & interim poterat superuenire aliquod Sac. Congregationis decretum, quod Reuerendissimi Generalis, & Patri Laurentij communia consilia, & vota p rru nperet; Idcircò idem P. Generalis, nè sp m falle et euentus, consueto die relicto, deliberauit Comitia anticipare in die 22. Ianuarij iam imminentis, & hanc suam mentem occasione Visitationis per totam Prouinciam euulgauit. Nostri verò Religiosi, licèt sperarent, Patrem Generalem destiturum fore ab executione dictæ deliberationis, attamen etiam à longe perhorrescentes tam graue Prouinciæ Apuliæ, & totius Religionis scandalum, porrexerunt huic Sacræ Congregationi supplicem libellum, & petierunt eidem scandalo opportunè occurri; At quia nemo ex Eminentissimis PP. sibi suasit, Patrem Generalem suæ dignitatis, & auctoritatis immemorem, posthabitis criminibus à Patre Laurentio patratis, despecturum fore instructiones, & decreta Sac. Congregationis; Ideò sub hac bona fide die 17. Decembris 1723. eidem petitioni responderunt = *P. Generalis vtatur iure suo ad formam Constitutionum, & iuxtà eius prudentiam.*

Quoniam verò P. Generalis in progressu suæ Visitationis ibi blanditias, ibi suasiones, proùt opus erat, incautus adhibuit, & alibi minas verbis adiunxit imprudens, vt Patrem de Laurentijs eleuaret ad gradum Prouincialis; Exindè adeò vehemens increbuit fama electionis euenturæ in sæpèdicto P. de Laurentijs, vt Religiosi Principales nostri coacti fuerint conuolare ad Supremam Auctoritatem Innocentij XIII., qui audita omnium actorum relatione, mandauit, ex rationabilibus Causis suspendi resolutionem Sacræ Congregationis editam dicta die 17. Decembris 1723. & iniunxit = *Quod P. Generalis supersedeat in anticipando Capitulo Prouinciali vsque ad nouum ordinem Sanctitatis Suæ, sub pœna nullitatis eiusdem Capituli*; quod decretum expediri iussit per Sacram Congregationem Episcoporum, & Re-

gularium, & consignari Reu, Procuratori Generali Ordinis, vt suæ curæ sit illud transmittere Patri Generali, ac habeatur nunc cum intimatione præfata eidem P. Procuratori Generali, inhibitus dictus Pater Generalis, nè anticipet idemmet Capitulum, *vt in Summ. num. 5.*

Decretum huiusmodi, quod prodijt die Sabathi 8. Ianuarij 1724., ab Eminentissimo D. Cardinali Petra tunc à Secretis huius Sacræ Congregationis, sub eadem die in forma authentica consignatum fuit P. Procuratori Generali in Vrbe commoranti, qui promisit statim illud transmittere ad Patrem Generalem, *vt in Summ. d. num. 5. litt. A.*

Dum hæc Romæ agebantur, P. Generalis facilè præuidens consilium suum posse frustrari, si Comitia diutiùs protraherentur, celeriùs ad hoc opus cucurrit, obtinuitque, vt P. Laurentij electio, quæ iuxtà Sacrorum Canonum sanctionem debuisset esse voluntaria, & libera, medio iussu Tribunalis Sæcularis fieret coacta, *Summario num. 6.*; Sed adhuc de felici exitu diffidens P. Generalis, vt voti compos fieret, expediuit D. Carcanum Auditorem Regium à se præuentiuè instructum, vt accederet ad Conuentum Sanctæ Mariæ de Carmelo Ciuitatis Lyciensis, vbi habendum erat Capitulum Prouinciale, & ibi vocatis Capitularibus, districtè prohiberet exclusionem Patris de Laurentijs, & exilij pœnam minaretur inobedientibus, *Summario dicto num. 6.*

Superueniente interim Tabellario per Procuratorem Gener. ab Vrbe transmisso, die 19. Ianuarij 1724. ex litteris sibi conscriptis præsensit aduentum decreti Pontificij, quod sibi præsentandum erat *Summario num. 7.*; At ille, vt eiusdem decreti vires euitaret, iterum implorauit opem Iudicis Sæcularis, qui validiori conatu renouaret Edictum, & exprimeret, nullatenùs obtemperari posse decretis, & præceptis ab Vrbe transmissis, nisi præcessisset impetratio Regij *Exequatur*, vt in *Summ. num. 6. litt. A.*

Quin etiam cum aliqui saniores Vocales valdè abhorrentes processum ad vlteriora è conspectu Papalis inhibitionis, curassent, vt Notarius Apostolicus protestationem nullitatis aduersus futurum Capitulum præsentaret Reuerendissimo P. Generali, hic nè præconceptam electionem perstringeret, etiam à longè obstrepens (quod est caput, & rerum summa ab EE. VV. benignè ponderanda) dictum Notarium excipere recusauit, eique expulso iussit, vt se prius ad Præsidem Prouinciæ, eiusque Ministros conferret ibi = *Vadi prima à proporla all' Illustrissimo Signor Preside Prouinciale, e suoi Ministri, quali ieri sera misi cero intendere, che non auessimo inteso, nè ammesso cosa alcuna in Definitorio, e poi venga à proporlo à noi* = vt in *Summ. n. 8.*

E

Et nè in tàm luctuoso Religionis discrimine quidquam desideraretur, partes quoque suas fecit adiungere dictus] Pater Generalis ab eius Socio, qui palàm agere cæpit, & | Notarium, rogatosque Testes admonens, nè ad alium actùm redirent, incusso illis, vt putabat, valido timore, asperis verbis obiurgauit ibi = *Io parlo meglio per voi, e à gli Testimonij, che andarete carcerati* = vt latiùs *in Summario dicto num.7. litt. A.*; Notarius verò prænominati Socij ineptas mians irridens inquit = *A me non aspetta andare dagli Signori Regij Ministri, ma solamente ratione mei officij notificare à Vostra Paternità Reuerendissima la sudetta comparsa protestatiua del Padre Baccelliere &c. d. Summario num.8. litt. A.*

Nullum proindè studium, nihil diligentiæ à Notario omissum fuit, quo minùs Vocales sese ab electione Patris de Laurentijs abstinerent, affixis etiam ad januas Conuentus protestationibus datis in *Summario num.9.* Quo tamen ille plura miscuit, eo vehementius P. Generalis molitus est, vt obstaculum quodcumque, si posset, declinaret. Proinde vbi vidit tempus ad id facinus paratissimum, quod erat dies 22. Ianuarij 1724. ad Cætum Prouincialem destinata; Illicò Conuentum veluti arcem Militibus muniuit, & præsidijs adeò cautè iussit custodiri, vt nulli Fidelium vel ad Sacrum audiendum in Ecclesia pateret accessus, Testibus ijsdem Ciuibus Lyciensibus *in Summ. n.10.*

Nihil dicimus quid in illo turbulento cætu actum fuerit, nil quid simoniacè excogitatum in suffragijs extorquendis, nec Eminentiæ Vestræ poterunt ex lectura totius Summarij hoc improbum facinus iudicare, quin insimul ex eo, quod prætermittimus, horrescant facti grauitatem satius animo concipiendam, quàm verbis explicandam. Quid plura? Posthabitis tot Religiosis, ac probis Viris ætate, doctrina, ac prudentia præstantibus, die 22. Ianuarij 1724., non sinè mærore totius Prouinciæ Apuliæ, & cum graui contemptu S. Sedis, creatur Prouincialis P. Joannes Maria de Laurentijs criminibus affluens, ac meritis omnibus destitutus.

Religiosi igitur Principales nostri immaniter vulneratam Sanctæ Sedis auctoritatem lugentes, habito recursu ad Sanctissimum feliciter Regnantem exposuerunt nullam, & attentatam Prouincialis electionem, & impetrarunt supplicationis remissionem ad hanc Sacram Congregationem, quæ præuia deputatione Eminentissimi Ponentis, posteà die 22. Septembris proximè elapsi, ad eius relationem rescripsit = *Supersederi in Visitatione Prouinciali, & proponatur Causa super meritis in tertia post Aquas.*

Non adhuc tamen animo cessit Pars Aduersa, sed ad eludenda om-

gularium, & consignari Reu. Procuratori Generali Ordinis, vt suæ curæ sit illud transmittere Patri Generali, ac habeatur nunc cum intimatione præfata eidem P. Procuratori Generali, inhibitus dictus Pater Generalis, nè anticipet idemmet Capitulum, *vt in Summ. num. 5.*

Decretum huiusmodi, quod prodijt die Sabathi 8. Ianuarij 1724., ab Eminentissimo D. Cardinali Petra tunc à Secretis huius Sacræ Congregationis, sub eadem die in forma authentica consignatum fuit P. Procuratori Generali in Vrbe commoranti, qui promisit statim illud transmittere ad Patrem Generalem, *vt in Summ. d. num. 5. litt. A.*

Dum hæc Romæ agebantur, P. Generalis facilè præuidens consilium suum posse frustrari, si Comitia diutiùs protraherentur, celeriùs ad hoc opus cucurrit, obtinuitque, vt P. Laurentij electio, quæ iuxtà Sacrorum Canonum sanctionem debuisset esse voluntaria, & libera, medio iussu Tribunalis Sæcularis fieret coacta, *Summario num. 6.*; Sed adhuc de felici exitu diffidens P. Generalis, vt voti compos fieret, expediuit D. Carcanum Auditorem Regium à se præuentiuè instructum, vt accederet ad Conuentum Sanctæ Mariæ de Carmelo Ciuitatis Lyciensis, vbi habendum erat Capitulum Prouinciale, & ibi vocatis Capitularibus, districtè prohiberet exclusionem Patris de Laurentijs, & exilij pœnam minaretur inobedientibus, *Summario dicto num. 6.*

Superueniente interim Tabellario per Procuratorem Gener. ab Vrbe transmisso, die 19. Ianuarij 1724. ex litteris sibi conscriptis præsensit aduentum decreti Pontificij, quod sibi præsentandum erat *Summario num. 7.*; At ille, vt eiusdem decreti vires euitaret, iterum implorauit opem Iudicis Sæcularis, qui validiori conatu renouaret Edictum, & exprimeret, nullatenùs obtemperari posse decretis, & præceptis ab Vrbe transmissis, nisi præcessisset impetratio Regij *Exequatur*, vt in *Summ. num. 6. litt. A.*

Quin etiam cum aliqui saniores Vocales valdè abhorrentes processum ad vlteriora è conspectu Papalis inhibitionis, curassent, vt Notarius Apostolicus protestationem nullitatis aduersus futurum Capitulum præsentaret Reuerendissimo P. Generali, hic nè præconceptam electionem perstringeret, etiam à longè obstrepens (quod est caput, & rerum summa ab EE. VV. benignè ponderanda) dictum Notarium excipere recusauit, eique expulso iussit, vt se prius ad Præsidem Prouinciæ, eiusque Ministros conferret ibi = *Vadi prima à proporla all' Illustrissimo Signor Preside Prouinciale, e suoi Ministri, quali ieri sera mi fecero intendere, che non auessimo inteso, nè ammesso cosa alcuna in Definitorio, e poi vengo à proporlo à noi* = vt in *Summ. n. 8.*

E

Et nè in tàm luctuoso Religionis discrimine quidquam desideraretur, partes quoque suas fecit adiungere dictus] Pater Generalis ab eius Socio, qui palàm agere cæpit, & [Notarium, rogatosque Testes admonens, nè ad alium actùm redirent, incusso illis, vt putabat, valido timore, asperis verbis obiurgauit ibi = *Io parlo meglio per voi, e à gli Testimonij, che andarete carcerati* = vt latiùs *in Summario dicto num.7. litt. A.*; Notarius verò prænominati Socij ineptas mians irridens inquit = *A me non aspetta andare dagli Signori Regij Ministri, ma solamente ratione mei officij notificare à Vostra Paternità Reuerendissima la Judetta comparsa protestatiua del Padre Baccelliere &c. d. Summario num.8. litt. A.*

Nullum proindè studium, nihil diligentiæ à Notario omissum fuit, quo minùs Vocales sese ab electione Patris de Laurentijs abstinerent, affixis etiam ad januas Conuentus protestationibus datis in *Summario num.9.* Quo tamen ille plura miscuit, eo vehementius P. Generalis molitus est, vt obstaculum quodcumque, si posset, declinaret. Proinde vbi vidit tempus ad id facinus paratissimum, quod erat dies 22. Ianuarij 1724. ad Cætum Prouincialem destinata; Illicò Conuentum veluti arcem Militibus muniuit, & præsidijs adeò cautè iussit custodiri, vt nulli Fidelium vel ad Sacrum audiendum in Ecclesia pateret accessus, Testibus ijsdem Ciuibus Lyciensibus *in Summ. n.10.*

Nihil dicimus quid in illo turbulento cætu actum fuerit, nil quid simoniacè excogitatum in suffragijs extorquendis, nec Eminentiæ Vestræ poterunt ex lectura totius Summarij hoc improbum facinus iudicare, quin insimul ex eo, quod prætermittimus, horrescant facti grauitatem satius animo concipiendam, quàm verbis explicandam. Quid plura? Posthabitis tot Religiosis, ac probis Viris ætate, doctrina, ac prudentia præstantibus, die 22. Ianuarij 1724., non sinè mærore totius Prouinciæ Apuliæ, & cum graui contemptu S. Sedis, creatur Prouincialis P. Joannes Maria de Laurentijs criminibus affluens, ac meritis omnibus destitutus.

Religiosi igitur Principales nostri immaniter vulneratam Sanctæ Sedis auctoritatem lugentes, habito recursu ad Sanctissimum feliciter Regnantem exposuerunt nullam, & attentatam Prouincialis electionem, & impetrarunt supplicationis remissionem ad hanc Sacram Congregationem, quæ præuia deputatione Eminentissimi Ponentis, posteà die 22. Septembris proximè elapsi, ad eius relationem rescripsit = *Supersederi in Visitatione Prouinciali, & proponatur Causa super meritis in tertia post Aquas.*

Non adhuc tamen animo cessit Pars Aduersa, sed ad eludenda omnia

 nia

pia Sacræ Congregationis decreta, preces obtulit pro sanatione nullitatis Capituli, & validatione electionis Prouincialis, & Summus Pontifex, suspensa Causæ propositione, ex Audientia 6. Decembris proximè elapsi exquisiuit votum Eminentissimi Sacripantis tanquam Carmelitarum Protectoris, *Summ. num.* 11. qui nostris Iuribus non auditis, sententiam tulit, consulendum Sanctissimum pro Sanatoria, *dicto Summario num.* 11. *litt. A.* At Summus Pontifex nostris precibus, & rationibus exceptis, solita suadente iustitia, remissionem Causæ ad hanc Sacram Congregationem confirmauit, *vt in Summario dicto num.* 11. *litt. B.* Quamobrem cum hodie disputari contingat super dubiis præinsertis, firmiter speramus rescribendum = *Non substineri Capitulum, & non esse locum sanationi.*

Et quidem nullatenus substineri queit Capitulum Prouinciale Apuliæ veluti pluribus nullitatibus abundans, & attentatum; Illud namque anticipatum, & celebratum fuit, spretis iussibus san. me: Innocentii XIII., qui inhibuerat Patri Generali, nè comitia Prouincialia absque nouo Sanctitatis Suæ beneplacito anticiparet sub pœna nullitatis eiusdem Capituli; Omnia igitur gesta post huiusmodi inhibitionem à vitio nullitatis, & attentati saluari non possunt, & circumscribenda sunt, iuxtà censuram *Text. in cap. si de tempore de elect. in sexto, Castellin. de elect. cap. 4. n. 11. Tambur. de iur. Abb. tom. 2. disput. 1. quæst. 4. num. 2. Eminentissimus Petra ad constit. 29. Eugen. IV. num. 5. tom. 4.* Præsertim quia omnis potestas, & iurisdictio P. Generalis, qui Capitulum intempestiuè coadunauit, tota fluit, & promanat immediatè à Summo Pontifice, qui ideò potest illam potestatem pro sui libito suspendere, ac reuocare tanquam Generalissimus omnium Religionum, & supremum imperium tenens in omnes Religiosos, ex connotatis per *Peyrin. oper. moral. tom. 2. quæst. 3. cap. 3. num. 26. Lezzan. oper. moral. tom. 1. cap. 4. num. 31. Passerin. de elect. cap. 14. num. 5., R. P. D. Seuerol. in dissert. impress. apud D. Piton. discept. Eccles. in fin. tom. 2. num. 22.*; Hæc namque suprema, & dominatiua Summi Pontificis potestas exigit promptam obedientiam, quam præcipuè Religiosi Viri exhibere tenentur ob efficaciam principalis Voti emissi in Professione, vt aiunt *Lezzan. in summ. Regul. tom. 1. cap. 4. num. 31., Peyrin. oper. moral. tom. 2. quæst. 3. nu. 26. Sanchez lib. 4. summ. cap. 24. num. 20. Donat. Prax. Regul. tract. 1. quæst. 6. num. 4. tom. 1.*

Quæ tamen dicta sint, non quia suspicemur exaduersò impugnandam fore iurisdictionem Pontificiam, quę non admittit quæstionem, & ab omnibus exigit obsequium, & venerationem; Sed vt ostendamus, quàm grauiter excesserit P. Generalis, & quantum scandalum excitare potuerit, quando contra expressam

ſam Summi Pontificis inhibitionem celebrauit Capitulum Prouinciale, illudque voluit vſque ad conſummationem proſequi, deſpectis Sapientum, & Saniorum Religioſorum conſiliis, ac proteſtationibus, quæ negligi non poterant, *cap. cum omnes ibique Felin. num.28. & ſeqq. & Abb. num.5. de conſtitut. Donat. Prax. Regul. tract.2. q.8. n.3. to.2.*

Attendi nec meretur friuola excuſatio à P. Generali iàm diſſeminata, & deprompta ex eo, quod inhibitio Papalis ad eius notitiam non peruenerit, niſi poſt Capituli abſolutionem, & poſt euulgatam electionem Prouincialis, quia excuſatio non habet vllam ſubſiſtentiam in facto, neque in iure.

Ex facto conſtat, decretum Papale ſub die 8. Ianuarii 1724. ab Eminentiſſimo Petra tanquam huius Sacrę Congregationis Secretario conſignatum fuiſſe *Procuratori* Generali Ordinis, vt illamet die, quę erat dies Sabathi ad expeditionem litterarum deſtinata, decretum ipſum tranſmitteretur ad *P.* Generalem, veluti idem *Procurator* Generalis explere promiſit, vt in noſtro *Summ. num.5. in fine*: Quamobrem præcedente iuſſu Eminentiſſimi Cardinalis *Petra*, & concurrentę prædicti *Procuratoris* Generalis promiſsione, dubitandum non eſt de celeri tranſmiſſionis implemento, quod in hiſce circumſtantiis præſumendum eſt ex firmatis per *Bonden. collect.38. num.259. vol.2. Rot. in Lycien. Iuriſpatr.17. Iunii* 1720. §. *Abſque coram R. P. D. Cerro*. Cumque Tabellarius ad Ciuitatem Lyc en. peruenerit die Mercurii 19. eiuſdem menſis Ianuarii, *Summ. num.7.*, exindè compertum eſt, notitiam decreti *Papalis* perueniſſe ad *P.* Generalem triduo ante celebrationem Capituli, quod apertum fuit die 22. eiuſdem menſis, vt ad rem animaduertit *Torr. var. juris quæſt. tom.2. tit.11. quæſt.3. num.38.* benè *Rot. deciſ.736. n.28. & ſeqq. cor. Coccin.*

Præſertim quia ad eiuſdem ſcientiæ præſumptionem coadiuuandam confluunt omnia, quę ſubſecuta ſunt; Nam timens P. Generalis, ne ſibi porrigeretur authenticum exemplum Decreti Papalis, recurſum habuit ad Iudicem Laicum, & affectauit ſibi, alijſque Capitularibus præcipi, nè vlla obedientia exhiberetur mandatis alicuius Iudicis, niſi prius impetratum fuiſſet *exequatur regium, Summ. num.6.*; Et de facto, cum nonnulli Vocales curaſſent in manibus P. Generalis præſentari proteſtationem ſuper nullitate futuri Capituli, ſtatim ille, vix inſpecto Notario, dubitans, nè ſibi traderetur Decretum Papale, vel aliud S. Sedis Mandatum, quod poſſet præordinatam Prouincialis electionem perturbarę, obſtrependo inquit = *Vadi prima à proporla all'Illuſtriſſimo Signor Præſide Prouinciale, e ſuoi Miniſtri, quali ieri ſera mi feccro intendere, chę non aueſſimo inteſo, nè ammeſſo coſa*

alcuna in Definitorio, e poi venga à proporlo a noi = *Summ. d. n.8.*; Quibus verbis Socius Generalis, vt grauiorem metum incuteret, instigatus ab eodem *Patre Generali* addere non erubuit= *Io parlo meglio per voi, ed agli Testimonij, che andarete carcerati* = *dicto Summ. num.8. litt. A.* Tanta enim cura, & sollicitudo ad auertendum obstaculum adhibita, non potest referri, nisi ad certam scientiam obstaculi imminentis ex traditis per *Rot. decis.727.n.1. coram Buratt. dec.96. num.1., dec.158. n.8. & 11. cor. Caualer., dec.94. n.6. cor. Gregor., & dec.7. n.4. par. 14. rec.*

Cumque P. Generalis non adhùc sese tutum existimans, die Sabathi 22. Ianuarij ad electionem Prouincialis destinata, adeò cautè custodiri iusserit fores Conuentus, vt nemini pateret accessus, quousque absoluta non foret præoptata Prouincialis electio *dicto Summ. nu.10.* Hinc quoque mirum in modum augetur præsumpta scientia Decreti Papalis, de cuius expeditione P. Generalis certior factus fuerat per aduentum Tabellionis; Quoniam tot artes, tot cautelæ ad arcendum obstaculum adinuentæ, sunt indicia mordentis conscientiæ *Bald. cons.487. sub num.1. lib.1., Rot. dec.305.n.13.par.10. recent.* Imò quia prædictæ cautelæ audactèr vsitatæ noscuntur ad occultandam scientiam, & affectandam ignorantiam Decreti Papalis, hoc potissimè debent operari, vt scientia habeatur pro inducta, & probata *cap. cum inhibitio §. Si quis de clandes. despon. Bald. in leg. qui contra Cod. de incert. nupt. Rot. dec.175. n.7. par.17. recent.* Ac per consequens, vt omninò inexcusabilis sit attentata Capituli anticipatio, & subsecuta Prouincialis electio, tanquam facta animo eludendi Decretum Papale ex firmatis per *Rot. in Bononien. Attentatorum 30. Iunij 1704. §. Ex quibus & seqq. cor. b.m. Molines.*

Esto tamen per falsam hypothesim, quod P. Generalis contra euidentiam facti prænarrati, non habuerit vllam eiusdem Decreti scientiam, adhuc tamen ineuitabilis est nullitas Capituli cum omnibus indè secutis; Quia Papa prohibuit anticipari Capitulum, & iussit supersederi vsque ad nouum ordinem sub pœna nullitatis eiusdem Capituli, vt patet ex Decreto *in Summ. dicto nu.5.* Quidquid enim sit de inhibitione per Iudicem Pedaneum expedita, quotiescumque inhibitio procedit immediatè à Summo Pontifice, & cadit super re eius potestati omninò subiecta, statìm producit effectum suum, & statim ligat etiam absentes, & ignorantes, nec suspensa manet vsque ad diem præsentationis, vt distinguendo tradit *Mandos. de inhibit. inter tract. magn. tom.5. quæst. 37. n.1., & 2.,* & benè comprobat *Rot. in dec.149. nu.3. par.2. Diuersor., & dec.143. nu.4. & seqq. par.2. recent.* Maxime quia eadem inhibitio secumfert Decreti irritantis efficaciam latentem in illis verbis = *sub pœna nullitatis eiusdem Capituli* = vt vnanimitèr

tèr consentiunt *Gonzal.*, *alijque Doctores citati per Barbos. claus. 40. n. 39. & seqq.*, *Sperell. dec. 161. n. 6.*, *& dec. 181. n. 13. Rot. dec. 22. n. 22. post Tambur. de Iur. Abbat. tom. 3.* Quamobrem dubitari non potest, quin inficiat actum post ipsam inhibitionem gestum, quia Decretum irritans habet, vt aiunt, oculos retro, atque operatur nullitatem actus in ipsa eius origine, itaùt nec à Iure, nec ab effectu possit vllum fomentum recipere, ex traditis per *Rot. dec. 12. num. 4. penès Marchesan. de Commis. par. 1. cap. 5. & Cassador. dec. 1. num. 1. de præben., & dec. 12. n. 8. de Regul., & inter diuers. dec. 149. num. 2. par. 2., & in recent. decis. 143. num. 4. par. 2.*

Quæ procedunt etiamsi inhibitio Agenti non innotuerit, quia præcipuus Decreti irritantis effectus est ligare ignorantes, iuxtà literales sanctiones *in cap. si ignorantèr de elect. in 6. cap. Si tibi 12. ibique Gloss. verb. decretum de rescript. in 6.*, *& cap. Dudum vers. Statim ignorantes ligauerat de præben.*, *vbi Barbos. num. 12.*, & Doctores, quos communitèr secuti sunt *Oldrad. cons. 319. num. 1. Couarruu. practic. quæst. cap. 9. n. 7. Mandos. de inhibit. quæst. 37. num. 2.*, *Monet. de commut. vltim. volunt. cap. 7. num. 231. Gabr. de claus. conclus. 3. num. 35.*, optimè *Rot. dec. 12. n. 5. cor. Cassador. super regul.*, *& dec. 578. num. 3. par. 1. diuers.*, *& dec. 76. num. 4. cor. Mantic.*, *& dec. 280. n. 5. cor. Penia, & dec. 22. nu. 23. penès Tamburin. de Iur. Abbat. tom. 3.*

Quando enim Pontifex ponit Decretum irritans, siuè vtitur verbis eidem Decreto æquipollentibus, ostendit suę mentis esse, vt inhibitio debeat effectum suum sortiri in ipso temporis momento, quo nascitur, vt benè animaduertit *Oldrad. cons. 319. n. 1.* Atque huiusmodi effectus minimè excedit potestatem Pontificis inhibentis, quia quotiescumque agitur de reuocandis ijs, quæ sunt iuris positiui, regularitèr Papa censetur ea reuocare ex tunc, iuxtà *Gloss. communitèr approbatam in Clement. 1. verb. Pro infectis de Immun. Eccles.*, nec ambigitur quin possit facere, vt res factæ habeantur pro infectis etiam quoad effectus præteritos, vt pluribus relatis, respondit *Rot. in decis. 149. num. 3., & 4. par. 2. diuers.*

Tantumque abest, huius inhibitionis effectum posse censeri absonum à Iure, vt etiam Ordinarij Iudicis inhibitio illud idem quotidiè, & passim operetur; Si enim Principalis, vel Possessionem cæperit, vel alium actum fecerit in Partibus, postquam eius Procuratòr inhibitus fuerat in Curia, facilè patitur, vel Possessionis, vel actus gesti reuocationem ex capite attentatorum, aut saltèm ex capite nullitatis, neque excusatur, allegando ignorantiam, quæ præcesserat, quia inhibitio, quidquid sit ad effectum infligendi pænam, certè quoad

pro-

producendam nullitatem, ligat etiam ignorantes, & afficit etiam absentes, vt distinguendo optimè firmauit *Rot. dec.731. num.3. coram Pamphil. vbi Adden. num.9., decis.117. num.4. cor. Cels., dec.799. num.2. cor. Mazzaned., dec.132. n.16. coram Cerr., & dec.83. n.9. cor. Arguell.*

Si igitur tanti roboris est inhibitio, etiam per Ordinarium Iudicem expedita, dubio procul eumdem omninò effectum operari debuit inhibitionis decretum à Summo Pontifice editum cum expressa comminatione nullitatis; Præcipuè quia directum fuit in P. Generalem Summo Pontifici tanquam omnium Religionum Capiti immediatè subiectum, ac fortius quia ambigendum non est, quin idem Summus Pontifex voluerit Iurisdictionem P. Generalis, eiusque facultatem suspendere ex tunc, idest ab ea die, qua Decretum inhibitorium edidit, ac declarauit = *vt habeatur nunc cum intimatione præfata eidem P. Proc. Generali, inhibitus d. P. Generalis, nè anticipet idemmet Capitulum*, vt in *Summario dicto num.5.*; Illa enim verba, ob naturalem, & propriam significationem illius dictionis = *nunc* = ad oculum demonstrant, inhibitionem debuisse statim operari effectum suum irritatiuum, in quibus terminis, quantumuis ignorantia excuset à pæna, non tamen apta est excusare à nullitate, vt punctualitèr probant *Abb. in cap. cognoscentes 2. sub num.7., ibique Felin. paritèr sub num.7. versic. Quinto limita de constit., Vitalin. in clement. 2. n.27. de Hæretic., Rub. singul. par.4. claus.398. n.21., & seq. tom.2., Barbosa claus.61. num.14., Gonzal. ad regul.8. §. Quinto, proœm. num. 56.*

Siuè igitur P. Generalis sciuerit, siuè ignorauerit inhibitionem Papalem, tenetur pati declarationem nullitatis præscriptæ in supradicto Decreto. Sed eidem nullitati alia accedit non leuior, quæ resultat ex eo, quod Capituli coadunatio, & successiua Prouincialis electio facta fuit per abusum Laicæ potestatis, & cum positiua coarctatione Vocalium. Etenim ex *Summ. num.6.* vidimus, Auditorem Carcanum ex Epistola Delegati Regiæ Iurisdictionis intimasse Vocalibus, nè possent excludere P. de Laurentijs etiam vigore Mandatorum Vrbis, nisi prius d. mandata fuissent signata *Regio Exequatur*, prout etiam vidimus idem præceptum latum fuisse non sinè grauibus minis tam contrà Religiosos, quàm contrà eorum Consanguineos.

Hinc autem prout omninò certus emergit Laicæ potestatis abusus, qui electionem irritat, & inficit per *Text. in cap. Quisquis de elect.* & bene tradita per *Castellin. de elect. cap.5. n.33., Passerin. eod. tract. cap.8. num.1 & seqq., Barbos. de Iur. Eccles. vniuers. lib.1. cap.19. n.232., Card. de Luc. de Canon. disc.28.*, Ità etiam resultat innegabilis læsio libertatis, & coarctatio electionis, quę ipso

Iure

Iure dicitur nulla, si eligentium suffragia per minas, & metum extorta fuerint, ad *Text. in cap.60. m. il primo, ibique Gloss verb. metuebant, & Abb. n.11. de elect., Nauarr. conf.5.n.2. de elect., Mirand. manual. Prælat. tom.2. quæst.23. artic.1., Castellin. de elect. cap.4. nu.56., Barbos. de Iur. Eccles. vniuers. lib.1. cap.19. num.132., Lauor. lugubrat. lib.1. tit.4. cap.21. n.4., Tamburin. de Iur. Abbat. tom.1. disput.5. qu.22. n.7., & 8.*

Itidemque nulla, & irrita est electio Prouincialis propter suffragiorum aucupationem, & subornationem per sordes factam à P. Generali, vt conuincitur ex nostro *Summario num. 4.*; Hoc namque opus veluti fomentum damnatæ ambitionis apertissimè improbatur à Constitutionibus Apostolicis, atque ex earum præscripto irritam reddit electionem *cap. nemo de Simon. & cap. ordinationes quæst.1. Suarez de Relig. tom.1. lib.4. cap.4. de Simon. num.1. Passerin. de elect. cap.5. à num.83.*, & alijs omissis, in puncto similis electionis Prouincialis latissimè probat *Lezzan. Oper. moral. tom.4. consult.53. à n.1., & plur. seqq.*

Nullitates huc vsque expositas coronat alia grauior promanans ex incapacitate, & inhabilitate Patris de Laurentijs, qui non potuit validè eligi in Prouincialem, dum erat palam inquisitus, & conuictus de mala administratione reddituum Conuentus Bitunti, cuius gubernio præfuerat tanquam Prior, necnon de alijs pluribus grauissimis excessibus, quibus auditis, licèt hæc Sacra Congregatio sub die 8. Augusti rescripsisset = *Suspenso interim Priore de Laurentijs, P. Generalis procedat prout de Iure* = attamen huiusmodi Decretum cecidit in irritum, ob recursus ab eodem P. de Laurentijs habitos ad Iudices Laicos, à quibus obtinuit sibi iniungi perseuerantiam in Officio Prioratus, & alijs Religiosis obedientiam præcipi, non obstante quocumque mandato, quod in oppositum posset ab Vrbe superuenire, vt latiùs patet ex *nostro Summ. num.1. & 2.* Detectis autem hisce vitijs, vtique electio P. de Laurentijs inquisiti, ac de pluribus excessibus conuicti, & notoriè excommunicati ob recursus habitos ad Iudices Laicos ad refrangenda mandata Sac. Congregationis, ac impediendi eorum executionem, omninò nulla fuit ipso iure, nec ambigendum est, ob notissimam censuram *Text. in cap. Omnipotens de accus., & cap. cum in cunctis de elect., Pelizzar. in manual. regul. tract.9. cap.2. n.59., Peyrin. oper. moral. tom.2. qu.2. cap.5. §.1. n.29., Filiuc. tract.17. n.16., Castellin. de elect. cap.4. num.8. & 12.*

Satis fortasse huic nullitati occurreretur, si electionem Patris de Laurentijs præcessisset Sententia absolutoria, quæ hodiè ex aduerso circumfertur, & extollitur; Sed commentitia est, nullumque respectum meretur; Ea namque iuxtà assertionem Partis ad-

aduersæ, lata fuit *die* 10. *Septembris* 1723., vt videre est *ex nostro Summ. num.*12., & sic priusquam Pater Generalis visitationem assumeret, ac longè antequam conuocaretur Capitulum, & fieret electio Patris Prouincialis, sed firmiter credendum est, tempore dictæ electionis eamdem non fuisse in rerum natura; Nàm P. Generalis non nisi in primis Octobris 1723. discessit ab Vrbe, vt expleret Visitationem Prouinciæ Apuliæ, & receptis instructionibus ab hac Sacra Congregatione, pro correctione, & reductione P. de Laurentijs ad bonam frugem, se contulit Neapolim, quo paulò antè ad eumdem effectum missus fuerat P. Iurbides ipsius Generalis Socius; ibique commoratus fuit vsquequò aperuit eamdem visitationem in d. Prouincia Apuliæ in fine Decembris d. anni 1723.

Si igitur mense Septembris 1723. P. Generalis adhùc morabatur in Vrbe, nec compilauerat Processum, vel judicialitèr, vel extraiudicialitèr conficiendum in actu Visitationis longè posteà inchoatæ mense Decembris, quo tempore P. de Laurentijs iuxtà instructiones huius Sacræ Congregationis adhùc correctione indigebat, & adhùc vtì Refractarius reuocandus erat ad rectam disciplinam: Ex his imperceptibile redditur, quod mense Septembris 1723., quando nullus processus iudicialis, siuè extraiudicialis præcesserat, à P. Generali potuerit P. de Laurentijs absolui ex capite innocentiæ, quodque ità absolutus posteà potuerit considerari vti Reus, & Refractarius, tum quia Sententia absolutoria, æquè ac condemnatoria ad sui essentiam requirit præexistentiam probationum super innocentia, vel delicto *Gratian. disc.*103. *num.*18. *Posth. resol.*58.*n.*24. *Passerin. Tribunal. Regular. qu.*22. *art.*3. *n.*54. *Rot. in rec. dec.*578. *n.*8. *par.*4. *tom.*3., *&* *dec.*67. *n.*13. *par.*8. Quum etiam quia Sententia absolutoria ritè pronunciata non patitur, vt innocens adhùc habeatur pro delinquenti iuxtà optimum *Text. in cap. de his de accusat., & cap. quid ergo* 23. *qu.*5. *Sperell. dec.*134. *nu.*16. *&* 17. *Bonden. collect.* 19. *num.*54. *lib.*1.

Magisque ad conuincendam d. Sententiæ inexistentiam confert inspectio Actorum in visitatione Prouinciæ, siuè Commissionum Prouincialium, in quibus eadem Sententia descripta non reperitur, licèt ibidem adnotari debuisset; Et adhùc certiùs comprobatur ex eo, quod eadem Sententia nèc exhibita, nèc producta fuit in Capitulo Prouinciali, quamuis si præextitisset, vt exaduerso asseritur, non fuisset omissa, neque neglecta, vtpotequæ valdè profuisset ad effectum docendi de remotione obstaculi, & excitandi Vocalium suffragia ad electionem sæpè nominati *P.* de Laurentijs; Cum ergo Sententia absolutoria non reperiatur in actis commissionum Prouincialium, eiusque exhibitio neglecta fue-

fuerit eo tempore, quo plurimum iuuasset ad emolliendam resistentiam Vocalium, quorum plures de nullitate futuræ electionis protestati fuerant ex pluribus rationibus, & præcipue ob diffamationem, & multiplicem reatum P. de Laurentijs, credamus oportet, eamdem Sententiam non præcessisse electionem, & esse penitus falsam argumento *Text. in l. Si quis fortè §. 1. ff. de pæn. Noguerol. alleg. 26. n. 126. Rot. dec. 280. n. 9. cor. Cels.*

Quanquam si pro vera habeatur Sententia, quæ nunc ad opportunitatem Causæ circumfertur, nihilominùs nihil coferret ad electionis validitatem; Quandoquidem *P.* de Laurentijs inquisitus fuit non solùm super mala administratione, & pessima versione Redditum Conuentus Bitunti, sed etiam super pluribus, & quidem grauissimis excessibus, de quibus fuerat Reus compertus, vt patet ex relatione huic Sac. Congregationi data a Rmo P. Exgenerali Cornacciolo *Summ. d. n. 1.*, & ex Processu fabricato à R. P. Exprouinciali Ricchiuto originalitèr in manibus Emi Ponentis; Quapropter cum Sententia exaduerso conficta præseferat absolutoriam quoad reatum solummodò malæ administrationis, nèc vllum faciat verbum de alijs excessibus, ac delictis vt suprà verificatis, vtique eadem Sententia non obstante, semper firma, & immota erit conclusio, quod electio P. de Laurentijs fuerit ipso iure nulla, & irrita, vtpotequæ ceciderit in personam inquisitam, ac de grauibus excessibus notoriè diffamatam, vt pretèr citatos tradunt *Abbas in cap. 26. n. 11. de elect. Barbos. de off. Episc. alleg. 43. n. 19. Passer. de elect. cap. 25. n. 593. Tambur. de Iur. Abb. disp. 5. q. 20. per tot. lib. 1. Rot. dec. 78. n. 6. par. 12. & dec. 291. par. 19. rec*

Verificata Capituli, & Electionis insubsistentia promanante ex pluribus intrinsecis, & æquè grauibus nullitatibus supra expositis, superuacaneum est alterius ex præmissis Dubijs discussionem assumere; Quamuis enìm Gratia Sanatoria concedi soleat quotiescumque, salua intrinseca electionis substantia, nullitates, vel ex stricta Iuris censura, vel ob aliquem extrinsecum defectum irrepserint; Attamen denegari solet; quotiescumquè essentialia electionis requisita non fuerint obseruata, & electio noscatur vitiosa ob culpam, & fraudem Eligentium, vt per *Text. expressum in cap. si electio 26. in fin. de elect. in 6.* ibi *Dummodò nil fraudolentèr egerint* = communitèr distingunt *Gloss., Io: Andr., Felin.*, & alij relati per *Castellin. de elect. cap. 4. num. 43.*, *& per Barbos. tract. var. claus. 177. sub n. 21.*

Et in praxi eamdem distinctionem sequitur, & obseruat hæc Sacra Congregatio, denegando sanatoriam, vel quando intercessit fraus in electione, vt testatur *Matt. de caus. Consist. sect. 20. n. 44. & Coroll. 3. post d. sect. §. Hac*, vel quando electio facta fuit de indigno, teste *Card. de Luc. de regul. disc. 1. n. 94.* ibi = *Electio*

quan-

quandoque reualidari solet, vbi non ex vitio Personæ, minusque ex vitio culposo, seù peccaminoso actus, sed ex sola Iuris subtilitate nullitas proueniat, quotiès dignoscatur, quod electio de Persona digna secuta sit = & *dis*.11. *n*.12., vbi de attentata electione Prouincialis, *&* *disc*.53. *n*.4. ibi = *Stylus est &c. Sac. Congregationis Regularium in electionibus Prouincialium &c. supplendi, vel sanandi defectus, quibus de rigore Iuris electio laboraret, deputando ex integro Personam electam, quando ista digna sit, neque nullitas sit criminosa*.

Cum itaque plura sint vitia, quibus Capitulum, & electio prædicta abundat, & omnia sint intrinseca, & omnia fraudem sapiant, & dolum, quoniam P. Generalis cum graui contemptu S. Sedis Apostolicæ, studuit deludere Summi Pontificis Decretum, & inhibitionem, & implorato Laicalis potestatis auxilio, perterruit Vocales, eorumque suffragia extorsit, ac demum minis adhibitis, læsit essentialem Eligentium voluntatem, eorumque maiorem partem coegit ad electionem P. de Laurentijs palàm diffamati, & notoriè indigni: Eapropter meritò concludimus, Capitulum Prouinciale Apuliæ cum electione Prouincialis nullatenus substineri, eiusque sanationi locum non esse.

Quarè &c.

F. M. de Spannocchijs } *Aduoc.*
Ignatius à Cornu }
Io: Baptista Forlinus.

SAC. CONGREGATIONE
Episcoporum, & Regularium

Emo, & Rmo D.Card.
ZONDADARIO
PONENTE

Ordinis Carmelitarum Prouinciæ
Apuliæ.

PRO
RR.Patribus Vocalibus Prouinciæ
Baren.,& Lycien.

CONTRA
Rmum P. Generalem,& R. P. Ioannem
Mariam de Laurentijs.

Restrictus Facti, & Iuris.

Typis Zinghi, & Monaldi 1725.